



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 47. Vos autem non sic. v. 26.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

aratores agrorum suorum, & messores segetum & fabros armorum & carruum suorum, agros quoque & vineas & oliueta cum placuerint tollere & dare seruis suis, ut benefici vocentur & sic nomen magnum & honores & reuerentiam sibi acquirant, quia in hisce vanitatibus est felicitas eorum, qui aliam non norunt felicitatem, sed quod illo modo sapientius est hominibus, stultitia est coram Deo, mundus aestimat illum esse sapientem qui disimulatis vitijs nouit requirere honores & dignitates: aestimat vero stultos illos, qui spernunt huiusmodi vanitates: & dicit ex plurimorum iudicio: ritam illorum estimabamus insaniam & finem illorum sine honore quia nimis non dabant operam acquirendis diuitijs & honoribus: sed longe aliud est de hac re iudicium Dei. S. Paulus talis stultus iudicabatur, cum de relutione & iudicio & castitate agebat actius, ita ut ei dicetur, Act, 26, quid multe literaeum facerent insanum. sed non erat id insanire, sed veritatis & libetatis verba loqui apud Deum, sic non est nouum ut mundus iudicet esse stultitiam, quidquid non intelligit aut non est expertus. Sed veniet mors quando ferui Christi appellabunt ad Deum ludicem, qui melius pondent causas: tunc ille iudicium mundi tanquam iniustum condemnabit sententia sua & quissima, ea que irreocabili, quam reprobabit id quod mundus approbat si igitur in hoc mundo haberis stultus memento contigisse & hoc Christo coram Herode, noli in Dei & salutis tuae causa curare vana hominum iudicia brevi reprobanda, & tunc demum vera laus illuc scet.

Eligam igitur potius cum Christo stultus in hoc mundo haberi, ut sapientia inueniar in celo, concedente gratiarum omnium largitore.

§. 47. *Vos autem non sic. v. 26.*

Item non queretis dominati in populo, nec honores, nec divinitas mundi appetitis, sed quae Dei sunt magna & mirabilia non contenti parvis aut mediocribus illis bonis & ornamenti peritutis. Atque ita, Deo in gloria, in Ecclesia catholica videmus practicari. nam huius dicti Dominici siue instar Praecepti sive instar consilij exponatur, tot sunt testes, quos sanctos colit Ecclesia Sancta Dei: alij enim in studio humilitatis venerunt ad tantam profunditatem propriæ cogitationis & contemptus sui, ut videantur descendisse usque ad abyssos. Alij in studio patientie tantum profecerunt, ut quasi columnæ ferreae stent aduersus omnes tristias vniuersi mundi. alij tam ardenter se dederunt studio orationis, ut vix vterentur sensibus ad res necessarias huius vitæ, alij tanto affectu exercuerunt se in charitate proximorum, ut pene non recordarentur sanitatis, aut commoditatis aut vitæ suæ; alij paupertati rerum temporalium ita studuerunt, ut ac quidem

licitum aliquid referuare sibi voluerint, alij tam studiose vacarunt soli 2-
mori Dei, ut nulli creaturæ etiam in rebus licitis affectum adhætere permi-
serint. Et hæc est magnanimitas illa sanctorum, rara sed pretiosa valde,
habens coniunctam pietatem qua clarescit mirabiliter Ecclesia sancta
Dei.

Vere beati sunt Domine magnanimi illi serui tui, qui per gloriam & ig-
nobilitatem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & veraces,
ut morientes & viuentes transeunt per viam vitæ, quasi domini omnium
terram, calcantes omnia mundi bona propter te. Iste sunt qui nomen tuum
portant, in Indias, ad gentes dissipatas. Certe non cadent à latere tuo, sed
afflent tibi ad pugnandum contra Reges Ammorhæos, & postquam pa-
rauerint magnas victorias de se ipsis & de seuissimis hostibus suis corona-
buntur à te in porta Sion, inter fortissimos viatores tuos, de quorum nume-
ro me peccatorem esse gratia tua operante præsta Iesu, Iesu.

§. 48. sed quiescit maior inter vos fiat sicut minor. v. 26.

Duplici modo hoc intelligi potest, primo sic: qui vult esse inter **vos**
maximus, fiat minimus, & hac ratione fiet maximus. altero modo sic uti
Ecclesiasticus docet, quanto magnus es humilia te in omnibus, quo enim
aliquis statura quis est, eo profundius se inclinare & deprimere potest, &
debet, ingressurus per humile ostium. Cœli vero ianua humiliis est & an-
guita est: sic boni & lapientes viri se ipsis assidue contemplantes, sese humiliarunt.
quo in genere præclare versatus Dauid psal. 38. dixit, *substantia mea*
tanquam nihil ante te, & alibi se pulicem canemque mortuum vocat i. Reg.
14. sic Iosue Dux Israelitei populi postquam omnibus tribibus suas in Pa-
laestina assignasset possessiones, ad extremum ipse de legit & postulauit sibi à
filii Israhel habitationem suam omnium vilissimam Thamnat-saram, sci-
licet urbem dirutâ loco aspero & horrido, sterili & montoso sitam. Resad-
miratione digna hæcerat, summum totius populi ducem diligere sibi pos-
sessionem ultimo loco, in ultimo ac vilissimo fundo. æque mirum & admi-
randum est quod Ioannes inter natos mulierum maximus ipse sibi ultimum
in Christo elegit, locum dum ad eius calceos & corrigias calceorum se di-
misit, quodque amplius est, eo se se loco prorsus indignum esse ratus est
Verum ut Iosue propter suam illam modestiam & humilitatem gloriosior
factus est, ita & eius sepulchrum vna cum ciuitate Thamnasara adhuc tem-
pore S. Hieronymi esset celeberrimum; sic & noster Ioannes quo magis
se humiliauit, tanto magis nunc laudatur, tantoque in cœlo maior factus
est,